





~~D. X. 92.~~

U. 68 (4.)

~~H. F. u. 68.~~

Emb. 11. 2. 6

Table des Ouvrages contenus dans ce Volume C.

1. Bazon. (J. A.) Eloge historique de l'université de Paris, latin, français, et avec des remarques
discours prononcé aux écoles de médecine le 11 8bre 1770.
2. Guerin. (F. M.) Mandatum ob recens natum Sereniss. Burgundiae Ducem.
3. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
4. Mandatum rectoris
5. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
6. id Mandatum rectoris
7. Hamelin. (P.) Mandatum rectoris.
8. id Mandatum rectoris
9. id Mandatum rectoris
10. Jacquin. (S.) Mandatum rectoris
11. id Mandatum rectoris
12. id Mandatum rectoris
13. Cogey. (F. M.) Mandatum rectoris ob dilatam Scholarum instaurationem.
14. Guerin. (F. M.) Mandatum rectoris
15. id Mandatum rectoris
16. id Mandatum rectoris
17. id Mandatum rectoris pro consecratione regis
18. Doussad. (Joan.) Panegyricus Ludovici magni obres hoc anno regni XLI praeclare gestas.
19. Broucher. (P.) Panegyricus Augustiss. Delphino dictus Lutetiae Parisiorum in collegio
Charomontano Ann. 1662.
20. Schoepflinius. (Jo. D.) Panegyricus Ludovico XY.
21. Crevier. (J. B. L.) Oratio in restitutam regis valetudinem habita in instauratione Scholarum
Collegii Dormano-Bellovacii. 1744.
22. Le Roy. (Chr.) Divi caroli magni, regis Francorum et Occidentalium imperatoris laudatio

23. Geoffroy (J. B.) De amore Patriae oratio.

24. Petit (Ludov.) Oratio de iis quae ad eloquentiam, tum sacri, tum profani codices
conferunt, praesidiis habitae =

25. Hauvilliers (J.) Ludovico victori moderato oratio.

26. Manque

27. Geoffroy (J. B.) Ex bello quod anno proxime elapso gestum est, gerendi hoc anno belli
quale omen repeti possit Oratio.

28. De Palmeus Pœ Estampe iconologique en forme de Médaille, dont le type représente le
es fils Des intéressement dessinée et gravée par J. J. Pasquier avec la
description de cette estampe.

29. Leroy (Chr.) Quantum litteris debeat virtus oratio.

29^{bis} id Quo potissimum in instituendis pueris sublevari possit magistrorum
labor. Oratio.

30. Geoffroy (J. B.) Augustis parentibus Delphino et Delphinæ gratulatio.

31 Manque

32. Kaltor (Ant.) Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano. Bellovaci.

33. Geoffroy (J. B.) Quo loco inter cives vir litteratus habendus sit oratio.

34. Le Beau (J. L.) De pace oratio gratulatoria.

35. Kaltor (Ant.) Oratio funebris Mariae Polonorum regis filiae, Gallorum reginae.

36. Xaupi (Joseph.) Discours latin prononcé par = officii auct à la procession du recteur de
l'université, dans l'Eglise de l'abbaye royale de St Antoine avec la
traduction

37. Lacquin (Et.) Discours prononcé le jour de la procession de l'Université, à l'occasion
de la Profession de Madame Louise Marie de France (latin français)

38. Xaupi (Jos.) Compliment fait par = au nom de la compagnie à M^r de La Roche-
aymond au sujet de sa nomination à la chaire des bénéfices 1771.

38^{bis} Guerin (P. N.) Mandatum rectoris. Praemium eloquentiae latinae

- 39 Mauduit (F) *Utrum Vulgo plebeciorum Liberos humanioribus litteris excoli oporteat Oratio.*
- 40 Nauvilliers (J.F) *Ludovico XV regi Galliarum dilectissimo Laudatio funebris*
- 41 *Ad Supremum Senatum gratulatio post reditum habita universitatis nomine*
42. Walter (Ant) *Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano-Pellovaci*



UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote

U 68 in-4

1153802502







41
A D

SUPREMUM SENATUM
GRATULATIO
POST REDITUM

HABITA UNIVERSITATIS NOMINE

Die mensis Decembris secundâ anno 1774.



A D

SUPREMUM SENATUM


GRATULATIO

POST REDITUM

HABITA UNIVERSITATIS NOMINE

Die mensis Decembris secundæ anno 1774.





AD SUPREMUM SENATUM GRATULATIO.

ILLUSTRISSE SENATUS PRINCEPS,

ILLUSTRISSE PRÆSIDES INFULATI,

SENATORES AMPLISSIMI.



OBIS ad vos festo illo ac solempni, quem videtis, apparatu accedentibus liceat usitatâ in secundis magnarum rerum eventibus formulâ prætari: exclamare liceat: quod faustum, felix, fortunatumque nobis vobisque sit ac toti Reipublicæ! Adest Universitas lætum vobis gloriosumque reditum gratulatura, palàmque testatura, ex omnibus Civium ordinibus ut nullum fuisse, quem vestræ absentię

dolor vehementiùs perculerit, ita nullum nunc esse, ad quem major ex restituto tandem aliquandò suorum Magistratuum conspectu lætitia pervenerit.

Absit autem in hoc lætitiæ exuberantis triumpho, & inter publicos acclamationum concentus, absit illos dies revocemus, funestos dies, cùm gemeret suis sedibus avulsa Themis, & disjecta passim per omnes regni tractus sua membra misero ejulatu reposceret. Cessêre tandem luctus ac tenebræ, &, discussâ quatuor annorum tempestate, plena, novi Solis beneficio, reddita cœlo Gallico serenitas. Erumpat itaque libera gratulatio, erumpant plausus, & votis, quibus amissam temporum conditionem mœsti requirebamus, nostra gaudia respondeant.

Est enim hoc, P. AMPLISS. est hoc in rerum naturâ, ut quæ per multas ætates inter se corpora coaluere, alia aliis carere, nisi ægrè, non possint, neque à se invicem sine laceratione separari. Jàm verò, si primas temporum origines revolvimus, cujus unquam fuit ordinis aut antiquior aut arctior vobiscum necessitudo? Quod quidem ne putetis à me dictum jactantiùs, necessitudinem dico, hinc amoris & reverentiæ, isthinc benevolentiae atque defensionis.

Nata scilicet in ipso Regum Imperatorum sinu, in eorum deindè Palatiis ad eam pœnè regiminis formam, quæ nunc viget, paulatim adulta, labentibus postea sæculis vobis in clientelam tradita, nullo non tempore eadem cum SAPIENTISSIMO SENATU de fide sive Deo sive Regibus præstandâ, de Juventute sanis divinarum humanarumque rerum elementis imbuendâ sensit Uni-

veritas ; ex quo vicissim factum est , ut à vobis pristinam suorum in se Principum charitatem nunquam desideraverit. Neque verò nostris temporibus vestra in nos merita defecere. Nobis , dum loquimur , spontè recurrunt in animum recentia superiorum annorum decreta , quibus Academiæ nostræ Studia tantoperè promovistis , & omnibus Provinciis ad easdem amplectendas , pro suâ parte , publicæ Institutionis curas vestrâ sapientiâ Autores extitistis.

In illâ vestrorum in nos beneficiorum commemoratione libenter immoror , P. AMP. ut pateat , quales vobis absentibus nostri sensus esse debuerint , atque adeò quales esse debeant redeuntibus : rursum ut appareat esse nostram hanc gratulationem non ejusmodi , quæ possit ab aliis ad alios pro temporum rerumque varietate cum fortunâ transferri , sed vobis propriam debitamque , sed ex prisca & nunquam extinguendi affectûs veritate , ex intimisque pectoribus profectam.

Videmus vos aliquandò tot laboribus , tot ærumnis exercitos , tandiù desideratos , tot votis revocatos ! Vos antiqua antiquæ togæ nomina ; vos Filios , Nepotes , Successores tot Magistratuum , quorum consortio & quasi contubernio Patres nostri tandiù insuevere : quibus Antesignanis ac Ducibus per longa tot Regnorum spatia contrà vim externam aut domesticam pro Altaribus , pro Regibus , pro Patriâ toties pugnare : videmus vos aliquandò eodem quo antea in Regem obsequio , & in Populos studio , quæ crescere non potuerunt , & majore propter tot calamitates tum apud Principem gratiâ , tum apud Cives veneratione redeunt.

Gratias Deo immortali immortales, qui dedit hoc in corde Regis!

Nam quis dubitet, P. AMP. quàn hoc tam salubre consilium ex æterno omnis sapientiæ & omnis boni luminis fonte defluxerit? Deus, Deus ipse hanc mentem indidit nostro LUDOVICO, ut, postquàm se in ipso regnandi exordio Populorum amantem, laboris patientem, luxûs inimicum, Justitiæ imprimis Veritatisque studiosum ostendisset: postquàm, editis jam pluribus regiarum virtutum speciminibus, optimè sperandi signum bonis omnibus extulisset, eo demùm in totam gentem beneficio conceptam de se opinionem cumulet: quo nempè vel uno pignore statim animos ad concordiam redituros, & in publicam felicitatem, quam unicè anhelaret, se Auspice, conspiraturos. Neque moram interposuit incensus objectâ tantæ laudis imagine Princeps egregius, quàn pulcherrimo statim operi manum admoveret. At quo silentio, quàm altâ in antecessum meditatione & secum ipse & cum dignissimis Adjutoribus, quorum sibi prudentiam circumdedit? Quâ providentiâ, ut in suum locum quàm minimâ rerum commotione singula restituantur; ut ne huic Urbi Reginæ, quàm Provinciis accuratiùs consulatur; ut ne denique ex paternâ constituendi statûs publici, & revocandæ pacis voluntate novæ voluntatum dissensiones, novæ fortunarum proscriptiones exoriantur?

Ergò provisus jam antè ponderatisque diligenter omnibus, primum illum, ex quo Regnum auspicatus est, in Urbem ingressum apparat LUDOVICUS; neque

enim hoc tam eximiū benefaciendi decus cuiquam mandaverit, aut illud sibi præreptum vel cum aliis, nisi cum augustissimis Fratribus, communicatum velit. Adest itaque Rex Juvenis, fati publici idem Arbiter & Nuncius, adest. Quis autem memoret, quā suspensā etiam nūm & simul quā arrectā Populorum expectatione? Quantā Civium per undantes vias concursatione? Quos inter plausus omnium ordinum, sexuum ætatumque, non pompæ regalis incesum, sed Ipsum serenūque vultus unicè spectantium? Itā nobilissimo omnium comitatu ac triumpho, id est, suorum amore deductus sanctissimum hoc Themidis Sacrarium ingreditur: quod ubi primū aspexit, ubi primum in ejus limine vestigium posuit & circumfusam sibi vidit augustam frequentiam, omnia BORBONII Sanguinis Capita, gentilitiā solii luce Capita radiantia, tot Principes, tot Magnates, tot Magistratus: O divinam in excelsum regiumque animum tanti spectaculi vim! Illum diceret de repente annis crevisse; tantō ætate major confestim apparuit! tantū præstitit dignus HENRICI Nepos in reliquo deindē concessu humanissimæ Majestatis, in perorando virilitatis & sapientiæ, in jubendo autoritatis, in perseverando constantiæ.

O quantum unus hic dies lacrymarum absterfit, quot vulnera sanavit, quot fortunas restituit! quā multa variè mixta, confusa, implicata extricavit, digessit, ordinavit! quā optatam pretiosamque Legibus Legumque Custodibus securitatem addidit, quā splendidè Senatoriæ dignitatis stabilitatem asseruit!

Jā quid superest, PAT. AMPL. nisi ut, iterū

iterumque persolutis summo bonorum omnium Largitori gratiarum actionibus, æquissimâ Principis optimi benevolentia, quo solo potuit tot malorum memoria deleri, quieti nunc, florentes sospitesque fruamini, vestrosque liberos, debita Reipublicæ pignora, sub disciplina Patriciâ, in spem hæreditatis Patriciæ, & ad perpetuam Ordinis Patricii propagationem & ornamentum instituatis?

Interim vetus illud Sacramentum, à nobis hodiè spontè renovatum, accipite; nullo tempore nostram UNIVERSITATEM, quod semper præstitit, omissuram, quæcumque Christianos Gallosque constituunt, in Deum pietatem, in Regem obsequium, in Leges reverentiam commissæ sibi juventuti primis jam ab annis injicere. Pro quibus vestram nobis tutelam patrociniumque nunquam defutura confidimus.

EXTRACTUM è Commentariis UNIVESITATIS.

DIE Decembris tertiâ anno 1774 habita sunt ordinaria Deputatorum UNIVERSITATIS Comitia, in quibus placuit gratulationem ab AMP. V. FRANC. NICOL. GUERIN RECTORE pridie apud SUPREMUM SENATUM in frequenti Camerarum omnium concessu habitam publici juris fieri.

FOURNEAU, Scriba.



Ex Typographiâ Viduæ THIBOUST, REGIS, nec-non Academiæ Parisiensis Typographi, in Plateâ Cameracensi.